


Die wündten und manftane im weffen das sind 84 und im amvalstaffe
die arigen und achtbaren sind hammerprofeßer fahrung und zapfels
und fackt von welcher ducal pfefft und plaueret das offbar obsteilen so in
vom hofmire instrument durch den konzertungen berandun beauftragt von foyell
erwerbe so ist euerter erlangt und luding gebrauen von dem gedachten ge
und ducal pfefft ein verneint und hat seine grak so es sollt und kann nicht
woefc und wufc wie das vom leiche gegeben magt gezeigt zu auftrut
euerthoffungen und drot gewinntem tuni in und ungewozen als uebung
und erden und ein vordnung docht oder ritter thomas vogelso
uhren wechsenen opnalen und johannen salzburg und kerte doctor regn
der kerte vorther antanum lindau vrbanns büttler dancum die
an die wodden der landshofsum dronck der abweynd glaig als e duc
her befundet alfo da ist e pferf der hand selb sicht aufgerett und wie dor
der dene war vna von den inhebet auf den von den pfeffern sonde mitte
dor dene und landau von wegen des dudsten und von wodden und mader
und den hogenbrennen fressen wendt hecke ist vngewen und die pfefft sic
und hauen herw allerste seines wates alle erachtung in das pfefft vnd anden
verhandeln das von den offte galle stift und schulzomme eines solchen
vnd vngewobnen pfeffern und dene vnd andern pfeffern des vndigen vnd
dene zu samer pfeffergeminde abwegen vere den vndanderen hogenbrennen fressen
vnd hogenbrennen euerter pfeffern vnd erlangen das die wagen noch obet
und vngewobnen dass den emminger dene erlangen und wagen alte des kostes
vnd wird und si die vnd pfeffern bei vndanderen vnd zogen
vnd vnd vngewobnen pfeffern vnd erlangen das die wagen noch obet
und vnd vngewobnen pfeffern vnd erlangen das die wagen noch obet





23 28

Novis Magisterij honoribus
Reverendi, pietate, virtute, doctrinâ, mo-
ribusq; omnibus bonis probatissimi
Viri,

Dn. IOACHIMI DAMME,
Diaconi novæ Civitatis Brandebur-
genium meritissimi,

Qui

*Ex consensu Amplissimi Collegij Philosophici, in
Electorali Urtebergensem Academiâ*

RECTOR E

Magnifico & Clarissimo viro

Dn. M. FRIDERICO TAUBMANO
Bonarum litterarum Profes. Publ.

DEC A N O

Spectatissimo & Prestantissimo

Dn. M. AMBROSIO RHODIO
Profes. Matheleos extraordinario,

Ipsi solenniter decernebantur,

Gratulantur Amici moris & amoris ergo.

UVITEBERGÆ

Typis Gratonianis, per Iohan. Gorman. Anno 1609.



ΣΤΡΑΠΜΑ

Novis honoribus Philosophicis

Reverendi & Doctissimi Viri

Dn. IOACHIMI DAMMENII,
Ecclesiastæ Brandenburgici in
nova urbe,

Profectum ex animo sincero

à

TOBIA JERASIO Crof: Silesio Ecclesiaste
Brandenburgico in vetere urbe.

PROBLEMA.

An Concionatori in officio jam constituto mundanos Philosophicos assumere titulos sit integrum.

Ratiuler, an sileam? partes ita volvot in omnes
Ambiguus, quando meritos assumis honores,
Sat covarum mundo speciosos, laudeq; plenos,
Sed quos affectant, avidè & venantur in orbe
Illi, qui tollunt animos, quibus ilia tendit
Spiritus, & volupe est heic ample in honore vigere
Illustres. Pueris, & turbas implice gaudet
CHRISTVS. Et obscurus vixit quoq; non nihil ipse,
Donec in officio signis, donisq; docendi
Clarere inciperet. Non expectavit honores
Pontificum; nec eos voluit. Sic praco IOANNES
Noluit oblatos CHRISTI, magnosq; Prophetae
Noluit. Addatur: Rabbi nolite vocari,
Clare Christus ait: Qui gratuler ergo, quod esse

A 2

Cum



Cum mundo malis clarus, quam vivere spretus
Cum Christo? UOS NON SIC, semper personet aures.
Et quanquam titulos, mundi & concessero honores,
Indulgeret amorem vellem his, qui paupere recto-
Nondum-promoti vivunt, quo calcar habent,
Et specimen quoddam profectus publicum haberent,
Atque emergendi sic ansam quam piam haberent;
At tu donatus rude: Tu Specimenq; dedisti
Egregij ingenij satis ante: & viuis honesto
Officio ornatus (cui vis, & Spiritus idem est)
Promotusq; doces cum fruge? Quid ergo Magistri
Mundano titulo quares? accedere forsitan
Posse Ministerio dicas lacemq; favoremq?
Hoc quid at est aliud, quam verbo affingere Christi
Fucum, & contemnum? quasi non illustre sit ipsum.
Ante Iesus? Certe lux est, est viva lucerna,
Luciferiq; jubar, Sotest, urbs edita monte.
Hoc certe lychnos splendenti est addere Soli.
Contemnum dixi: quasi nostrā splendeat illud
Luce? sit & sine qua multò contemnus? anne
Lucet luce sua, quam Sol communicat illi
Iustitiae Sol ille DEI? IOACHIME, quid hic me
Non harere vides? satius foret ergo silere.
Sicq; novos tacite titulos sepelire dolentii
Pectore, ceu ne vos infirmi, nos quibus omnes
Subjecti variè sumus, hoc dum degitur ævi?
Ah quantum! ah quories unâ mens errat in hora!
Quis numerum assequitur quoties delinquit? in imis
Semina sunt fibris abscondita! Proxima virtus
Sepius est uilio, pro consuetudine vulgi.
Hic certe obtento ceu velo condere fas est
Plurima. Quo titulos referendos censeo mundi.

Gratulor



Gratulor haud sileam. Nec enim sicula morantur
Ista animum, positis manifesto in lumine rebus.
Certe non desunt, qui Rhinocerotis habentes
Nasum, suggillant vel quevis optima magno
Facta supercilie; Sed falso nomine vendunt,
Confundunt. Rerum saltem fastigia tangamus,
Et luci exponamus, dextras & catena victa
Sponte dabunt. Aliud nimis est velle suopte,
Et sibi honore frui, sibi vivere clarus, & illò
Omnia ferre, DEO spredo, mundoq; placere.
Quo pueri certè, quo simplex nomine simus,
Turbula, magnificos, quos desert mundus, honores,
Et titulos fugiens. Quo Regis CHRISTVS honores
Fugit. Quo tantos renuit Baptista, nihilq;
Quod mundo placuit, summe invitatus, honoris
Expetit; Est aliud verò sic propter & hostes,
Externos vita testes, & lucis habere,
Doctrinam & puram, doctrinam & munia pura
Exornare, alijs coram. Quis scommata Mundi,
Quis nescit Satanæq; dolos? illudere Christo,
Deridere, rudes, & proclaimare Ministros
Mundus amat, se commendans: involvere Christum,
Contemptu cineri, fallaces fingere technas
Est Satanæ studium, quò nocte, dieq; laborat,
Prætextu veri. Quis non hic obvius iret?
Quis non hic proprio, si novit, gaudeat ense,
Hoc jugulare hostes? quis non his eruat umbris
Contemnum Christum? ut, quantò magis ille laboret
Temnere, & obscurare, magis contrarius iret
Hic pius, & sese, verbum, munusq; docendi
Assereret sanum, luciq; ostenderet ipsi
Scommata ficta, animo ledendi cuncta profecta.,



Tartareis infecta odijs. Quæ cetera restant,
Momenti certè sunt nullius, haudeget ista.
Solvens helleboro. Testaris, vel rude quondam
Donatus, quod non sis factus segnior, inde
Nec fractus studijs, nec cures aspera Mundi
Tela, & contemtum; sed nunc ardentius ire
Et Mundo opponi cupias te fortius. Imò
Percipis hinc studij fructus, rude dignus, & ipsa.
Publica præbentur tibi nunc insignia, multò.
Ante rudes merita. Pudeat qui gaudet & umbris,
Et non vult umbris emergere, dum licet, & res
Ipsa jubet, Christum jactare, ostendere Christum,
Esse sibi curæ, propter quem militet armis
Ex Pharijs spolijs, vim contra mundi inimicam,,
Vim contra, Stygiasq; strophas, quibus improba lerna
Prospectum eripiunt animis; glomerantq; subinde
Cimmeriam noctem. Quis non hic optet, ut ingens
Omnibus ille dolus depresso luce patefacit?

Cur ergo dubitem gratari? lator honoris
Messe tui (non invideo, quin addere calcar
Est animus potius, quod præsens carmine testor,
Gestiremque sequi, modò justis apta sequendi
Offerret sese medijs occasio tandem.)
Sed non ut tuus est. Nec sit tuus ille; Sed omnis
Est Christi, sit Christi, alias nescimus honores.
Exit ut omnis ab hoc; & ad hunc laus transeat omnis.
Nec frustra certè: Nam Qui Christum piè honorat,
Christus honorabit, (crepat ilia lividus) illum.
Gratuler, haud fileo dum Christus honore triumphat.

Anno: Et ne nos In DV Cas In tentatione M.

IOACHIMMUS TAMMEUS.

αιαζεαμαλιοὺς

MUSA MIHI COMAM VESTI.

Ardua



Ardua Phocæa qui servas culmina rupis,
Phœbe, evirescentem perpetuantis humum,
Phœbe, triumphali lauro redimite capillos,
Musarum ducit quo duce turba chorum.
Phœbe novemque Deæ nulli non fertis honores
Emerito, vobis nullus inanis abit.
Haud studium vos juge meum, meus haud labor ingens,
Haud mea membra nimis debilitata latent.
Dum o sis quadrupes montis radicibus hæsi,
Et mea scandentis sentibus iæta cutis.
Donec ad extremum fermè progressus acumen
CHRISTI præberem pascua vera gregi.
Sisto gradum, præcepsum fortuna minatur,
Suspensoque mihi mens erat ire retrò.
Ait in opem juvère manus hominumque Deumque,
Nec mihi non Musæ vi superatur apex.
Ergo tot tantisque laboribus exantlatis
VESTI prompta MIHI MUSA favore COMAM.
VESTI MUSA COMAM, licet invidet osor honorum,
Obtinet antiquum Zoilus iste procax,
Et meritò mitra VESTIRI, Dammée, poscis
Purpurea, digitis atque brabeja dari.
Et meritò dabit illa tibi, nomenque Magistri,
Abdita quem docuit, RHODIUS, astra Tycho.
Sis Iohæ gratus, socijs decus, atque juventæ
Immensum calcar, calcar & ipse tibi.

M. Iacobi Dannenbergij. Br.

Et virtus & honor pede te comitantur eodem,
Mystra sacer Dammi cultor & Aonidum,
Gnawiter à teneris tibi famam extendere factis
Cura fuit, Clarij montis adire jugum.

Namq;



Namq; ratus celebris quem gloria summa moveret
Nominis & culta quereret arte decus.
Ocia tractaret non segnia deside dextra,
Indulgens genio mollia quæq; suo:
Sepè sed ingenua caput excoluisset in arte,
Atque Medusea labra rigasset aqua.
Nocturnâ versare manu, versare diurnâ
Doctorum fœtus ingenijq; virûm.
Haud etenim tenues unquam dilapsa per auras
Gloria, sed summo summa labore venit.
Sic plures labor evexit, sic tollit ad astra,
Virtus hinc famam posteritatis habent.
Sic quoq; jam reverende pijs operate Camanis
Digna tuo grandi dona labore capis.
Dona capis, precium superant qua divitis auri:
Cum te Musarum munera grata manent.
Ordo pius Procerum te jussit adire Pelargum.
Cui pia Marchiacæ cura salutis erit.
Hic alacer Fidei custos, quia jura Tonantis
Calleres, populum Sacra docere facit.
Quin Sophia studij gestas insignia Laurum,
Quæ benè sacratum cingit amica caput.
Rhodius hanc tribuit nitidis, qui clarus ab astris:
Leucoris in gremio, quem sovet alma suo.
Ergo tibi Laurum grator: sua commoda sentit
Urbs, quæ Marchiacos nomine donat agros.
Te duce Pierios poterit descendere colles,
Te duce siderias & superare domos.
Et Pietatis opus quod sera estate parentem
Nunc gaudere novo gnatus honore facis.
Vive diu vivasq; DEO, tua florida Laurus
Crescat & in patulas surgat opaca comas.

Jacobus Clisius Stendaliensis, Scholæ
Brandenb. in nova arce Collega.



Antiquo varij scatens
Confertim lapidis pulvere regia,
Calcata omnigenum pede,
Trituras sentit, sentit & orbitas;
Vallata annicolæ latus
Aut muro salicis, frondëve palmulæ;
Densos Icareis ea
Insultus scopulis surdior excipit,
Dentato placidâ rotæ
Eluso requie præpetis arjete:
En Agger novus hic, nigrâ
Crinem congerie pulveris obsitus,
Præcox quam tulerat levis
Pilento Veneris vecta Puertia;
Maturusve senex fide,
Vexillo Satanæ deditus, oblitâ!
Crevit pulvareus supra
Actus cæsariem turbo, gravamine
Ægras occiduis minas
Præsagans (pudor heu !) aggeris angulis !
At (mirum) æthereus, sux
Cuī non cura viæ desit, Episcopus,
Hanc lectæ mihi semitam
Turbae, inquit, reprobūm verbere dirui ?
Absit ! Chalcidicâ probè
Frondis perpetuæ Daphnide conferam.
Quam vis nulla Noti loco,
Neptuni'ne furor discutiet suo.
Gaude *DAMME* tuo, favor
Cujus te incolumem reddit, Episcopo.
Gaude *DAMME* tuo, viror
Cujus te celebrem reddet, Apolline.

Felices



Felices, quibus hac licet
Ædeis ad superas advehier viâ,
Agger quam novus hic sacra
Florens cæstariem Daphnide prodiit
Dudum, vitaque carcere
Dum clausa ambiguo, prodet amabilem !
Salve Laure tuo virens
Gestore, atque tuâ bajule laureâ;
Firma laure novum novis,
Fixis radicibus, fructibus aggerem,
Felix ut detur advenis
Quæsitæ ad sedis culmina transitus.
Sic Mundi tibi semita
Servanda in medio quæ modò turbine,
Tecum Siderei incola
Mundi facta DEO psallet Episcopo.
Φιλίας χάρην faciebat Sigismundus
Evenius Navena-Marchicus.

Ἄρα γε μακροῦς.

IOACHIMUS DAMMEUS
Musam hunc decus amo.

Ipse loquitur.

Sic sanè res est, secùs haut, Studiosa Iuventus;
Præmia donantur post pia vota pīs.
Sic sanè res est, secùs haut, Studiosa Iuventus;
Post operam cui vis præmia MVS A dabit.
Omnibus omnino siquidem bona splendida vendit
Non auro, voto sed studioq; DEV S.
Nec divum studij fructum nanciscitur iste,
Qui vacuat crebro Pocula plena mero.
Quig caput legnum noctesq; diesq; Soporem,
Non somnolentis affa columba venit.

Quin-



*Quinetiam Veneris qui flamas haurit iniqua
Sepiùs, infelix artibus ipse vacat.
Hac tria sunt certò Studioſo pefſima pestis:
Pocula plena, Sopor fegniſ, iniqua Venus.
Quod triplex vicium (livorem neſlige) pejus
Angue evitavi viribus uſque meus.
A primis annis toleravi mille labores,
In ſtudijsq; MIHI maxima cura fuit.
Hinc MIHI legitimè nunc dentur jura Magistri,
Hinc DECVS& ſurgit, gloria iuſta, MIHI.
Sic compensatur Studioſus laude celebri,
Qui totā doctam Pallada mente colit.
Sic ferunt Charites UVitebergæ Laurea digna
Iam MIHI, qui Muſas pectore ſemper A MO.*

Laurentius Karge, Brandenburgensis F.

*E S CHRISTI Oeconomus, ſacra ut mysteria in æde
Dispenses ſacrâ: biblia ſacra jubent.
Ardua profeſtō res & divina vocanda
Umbras ceu reliquas cùm volitare vides,
Sermonem verum rectè didiciſſe ſecare,
Scilicet eſt ad eam, regia, crede, via.
Aſt ſine uſtibulo veluti non janua adiutur:
Artes ſic linguaſ polcit id omne bonas.
His in liquiſti nil intaq; UOACHIME
Inſudans patriæ ſedulitate ſcholæ.
Alio felici quin & profeſtus Athenas
Ucoreas, poſſes viſere Theologos.
Quic aderat messis tibi cuncti dogmatis ampla
Religio fudit dogmata pura ſinu.
Demetere hanc oꝝias ſegetem nocteſque diesque,
Te labor haud quicquam terruit Herculeus.*

De ſacris



De sacris sacram posuisti hinc atque profanis
Metam: quam propter præmia clara manent.
Ecce tibi accurrit sacra SUADA & tempora fert
Cingit, dicaris Pastor Ovilis amans.
Nec satis accedit Pater Entheus atque coronat
Te viridi lauri fronde Magister eas.
Sit tibi sitque tuis magnum hoc Christique popello,
Ac ad opus majus sit Gradus hicce precor.

Christianus Andrea Brand. March.

Asper quæm saxis, & sensibus horrida multis
Est via Parnassi! folijsq; sub omnibus hærent
Turpia monstra, cavum montem cupientibus obstant
Ascensu superare: Fames hic, turpis Egestas,
Hic habitant Morbi duri tristisq; Senectus,
Hic Dolor, hicq; Metus, Labor hic eructat arenam.
Quare jure petis superato culmine Pindi
DAMME, decus, famam, nomen, titulumq; Magistri;
Iure (inquam) poscis cathedra jam fulcra locari:
Iuro tegi mitra quasi lauro, tempora dicas:
Iure micant auro digiti gemmisq; coruscis.
Hæc monumenta tue doctrine, hæc symbola morum.
Signa hæc virtutum, sunt præmia digna laborum.
Sint tibi fausta precor: rutilet tua mitra subinde:
Gemma coruscet, honos maneat, titulusq; Magistri
Comoda multa tibi referat, Patriæq; tuisq;
Munificoq; Deo laudi decoriq;: valeq;

Martinus Fabricius Brandenburg.

• 6 •



23 22

Novis Magisterij honoribus
Reverendi, pietate, virtute, doctrinâ, mo-
ribusq; omnibus bonis probatissimi
Viri,

Dn. IOACHIMI DAMME,
Diaconi novæ Civitatis Brandebur-
gensium meritissimi,

Qui

*Ex consensu Amplissimi Collegij Philosophici, in
Electorali Uxitebergensem Academiâ*

Præceptum

